PARS ALTERA.

INSTITVTIONIS GRAMMATICÆ.

DE ARTE GRÆCE' CONIVGANDI.

A. P. PETRO GRAS,
Societatis JESV.

EDITIO TERTIA.

AVENIONE,
Ex Typographiâ M. CHASTEL, & C. DEFORGE, iuxta Principalis Eccleſiam.
M. DC. LXIV. *Superiorum permiſſu*.

ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΩι

ΥΙΩι ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΩι ΠΡΟΣΚΥΝΗΤΩι

ΚΑΙ ΤΗι ΠΑΡΘΕΝΩι ΜΑΡΙΑι

ΤΗι ΘΕΟΤΟΚΩι

ΑΝΑΤΕΘΕΙΜΕΝΟΝ.

Digitized by Google

DE ARTE

GRÆCE' CONIVGANDI.

CVM coniugare ſit deflectere à prima perſona præſentis Indicatiui, tum in formatione temporum ab ea deriuatorum, tum in formatione perſonarum : duo videtur complecti Ars coniugandi.

Alterum, qua methodo formanda ſint tempora à tempore præſenti. Alterum, qua methodo illa tempora iam formatà, per perſonas & numeros coniuganda ſint. Ad vtramque methodum, quæ ſimul explicabitur, aliqua videntur prænotanda.

PRÆNOTANDA.

I. Quot ſunt tempora apud Græcos?
R. Octo; præſens, imperfectum, perfectum, pluſquam perfectum, duo Aoriſta, & duo futura.

I. Qua Arte formantur tempora?
R. Per mutationem quatuor accidentium quæ contingere poſſunt Themati, ſeu primæ perſonæ præſentis Indicatiui.
I. Cur prima illa perſona appellatur Thema?
R. Quia eſt poſitio, & fundamentum, ſeu radix totius verbi, omnium temporum, & modorum, quæ ab eo debent deriuari.
I. Quæ ſunt illa quatuor quæ contingere poſſunt Themati?
R. Terminatio, vt in verbo λύω ſoluo, eſt ω. Deinde character, qui eſt illa litera quæ præcedit terminationem; & in λύω eſt υ. Tertium penultima, & in λύω eſt υ idem cum charactere. Quartum eſt augmentum, quod aduenit Themati.

OBSERVATIO.

Illa quatuor explicantur fuſius in notis; ſed ne oneretur puerile ingenium, ſatis erit in præſentia, internoſcere illa quatuor in quoque Themate, quorum mutationes explicabuntur in formatione ſingulorum temporum.

I. Quot ſunt perſonæ in verbis Græcis?

R. Tres, ſicut apud Latinos 1a. 2a. 3a.
I. Quot ſunt numeri?
R. Tres, Singularis, Dualis, Pluralis.
I. Quot ſunt voces?
R. Tres, Actiua, Paſſiua, & Media.
I. Quotuplex eſt modus coniugandi tempora?
R. Duplex tantum, actiuus & paſſiuus.
I. Quæ ſunt tempora quæ coniugantur modo paſſiuo?
R. Omnia & ſola terminata μαι vel μην. Reliqua omnia, cuiuſcumque ſint terminationis, & vocis, debent actiuo modo coniugari.

DE MODO CONIVGANDI Actiuo.

I. Quæ eſt Ars coniugandi tempora actiuè.
R. Eſt cognitio terminationum communium, & earum applicatio ad primam perſonam cuiuſque temporis.
I. Quæ ſunt terminationes communes?
R. σ. pro ſingulari, τον, την, pro Duali; μεν, τε, pro Plurali.
I. Quomodo applicantur?
R. Applicantur ad primam perſonam

cuiuſque temporis, ablata prius conſona finali, ſi ſit.
I. Oſtende in aliquo tempore.
R. Oſtendo in Aoriſto 1. Paſſiuo verbi λύω quod eſt ἐλύθην ſolutus ſum. Tolle ν, conſonam finalem ſupereſt ἐλύθη; iam applica σ, ἐλύθης; aufer σ & formatur 3ª. ἐλύθη. Adde τον, την ἐλύθητον, ἐλυθήτην, Adde. μεν. τε. ἐλύθημεν ἐλύθητε. Adde σαν ἐλύθησαν.
I. Quæ ſunt notæ coniugationis actiuæ?
R. Tres, prima, vt ſecunda ſingularis terminetur ſemper in σ, quo ablato formetur tertia.
Secunda, vt Dualis careat prima perſona.
Tertia, vt terminationes communes τον, την, τε ſcribantur per τ non per θ.

OBSERVATIO.

1. *Notandæ accuratè terminationes* σ, τον, την, μεν, τε: *quia communes, & eadem in omnibus temporibus, & modis actiuè coniugandis; in quibus nulla eſt anomalia.*

2. *Nota diligenter, nullam mutationem fieri primæ perſonæ cuiuſque temporis: ſed tantum addi ad illam terminationes communes*

σ, τον, vel την, μεν, τε ad formandas reliquas perſonas ; quod accuratè eſt obſeruandum, quia in eo eſt totum artificium Græcè coniugandi. Exceptis ſolis temporibus, quæ terminantur vel in ω, vel in ον, vel in ομαι vel in ωμαι, vel in ομην. Reliqua omnia tempora nihil mutant in actiuo modo; & in paſſiuo nihil mutant niſi μαι & μην in terminationes communes paſſiuas. In hac obſeruatione continetur tota Ars Græcè coniugandi.

3. Tota difficultas Artis coniugandi videtur eſſe non in terminatoonibus σ, τον vel την, μεν, τε, Sed in vocalibus quæ præcedunt has terminationes quas appello characteres modorum vel temporum vt in fine Optatiui ſuſius explicabitur.

DE INDICATIVO.

I. Tempora terminata in ω, vt λύω ſoluo, quomodo coniugantur?

R. Actiuè, applicando terminationes communes ad primam perſonam.

I. Coniuga. PRÆSENS.

R. Λύω, λύεις, λύει. Soluo, &c.

Λύετον. Soluitis, & ſoluunt duo.

Λύομεν, λύετε, λύουσι. Soluimus, &c.

I. Heus tu, quantum diſcrimen ab

ἐλύθην, quod antea coniugaſti, non quidem in communibus terminationibus, ſed in aliis.

R. Ne tantopere mireris, facilis enim erit difficultatis ſolutio, propone modo.

I. Cur dixiſti λύω, λύεις, λύει, non λύως, λύω, vt ferebat Ars tua?

R. Quia hoc ſingulare eſt temporibus terminatis in ω, vt mutent ω in diphthongos pro ratione modi: hoc eſt, in ει, pro Indicatiuo, & in ῃ cùm iota ſubſcripto, pro Subiunctiuo, pro ſingulari tantum.

I. Cur non igitur dixiſti in duali λύετον?

R. Quia ω, facta penultima mutatur in Indicatiuo in breues, in Duali & Plurali, ſcilicet in ο pro primis perſonis & tertia Plurali, & in ε pro aliis perſonis, inde dictum eſt λύομεν, λύουσι, & λύετον, λύετε.

I. Cur dixiſti λύουσι, in tertia plurali non λύοσι.

R. Quia hæc eſt ratio præſentis & futurorum Indicatiui, vt habeant tertiam pluralem ſemper ſimilem Datiuis pluribus participiorum eorumdem temporum.

I. Quomodo formatur tertia pluralis?

R. In omnibus temporibus terminatis in ω formatur à prima plurali mutando μεν

in σι, λύομεν, λύοσι, λύϐσι ob rationem ante allatam.

OBSERVATIO.

Appoſita eſt tantum vna perſona in duali λύετον, *quia reuera vnica eſt, ſub duplici ſignificatione ſecundæ & tertiæ perſonæ: quod commune eſt omnibus dualibus quæ habent tantùm* τον. *Ita in declinationibus non repetimus caſus dualis* τὼ λογω, τὼ λόγω, *pro nominatiuo & accuſatiuo; nec* τοῖν λόγοιν, τοῖν λόγοιν *pro genitiuo & datiuo.*

I. Vnde formatur imperfectum?

R. A præſenti mutata terminatione ω in ον & addito augmento λύω ἔλυον.

I. Qua Arte coniugatur?

R. mutando ν, in terminationes communes & ον vt ω.

I. Coniuga. IMPERFECTVM.

R. ἔλυον, ἔλυες, ἔλυε. Soluebam.
ἐλύετον, ἐλυέτην, ſoluebatis & ſoluebāt duo.
ἐλύομεν ἐλύετε ἔλυον. Soluebamus, &c.

I. Cur non dixiſti ἔλυον ἐλύεις ἐλύει, vt in præſenti, vel ἔλυος ἔλυο?

R. Quia ο non poteſt generare diphthongos ſicut ω. Secundo quia ο non ponitur ante terminationes niſi in primis per-

ſonis vt ἐλύομεν & tertia plurali ἔλυον, in aliis ponitur ε vt ſupra dictum eſt; vnde in duali & plurali non differt à præſenti niſi augmento.

I. Quid eſt augmentum?

R. eſt id quod ſuperadditur ad initium thematis.

I. Quotuplex eſt?

R. Duplex, ſyllabicum & temporale.

I. Quod eſt augmentum ſyllabicum?

R. Eſt vocalis ἐ, notata ſpiritu leni, ſuperaddita ad initium thematis à conſona incipientis, vt λύω, ἔλυον. Dicitur ſyllabicum quia auget imperfectum vna ſyllaba.

I. Quod eſt augmentum temporale?

R. Eſt mutatio vocalis temporis breuis in vocalem temporis longi, ε in η, ο in ω, in verbis quæ incipiunt à vocali, vt ἐλεύθω, venio, ἤλευθον veniebam, ὀπάζω præbeo, ὤπαζον præbebam.

I. Quæ tempora ſunt augmenti capacia?

R. Quæ præteritum ſignificant, vt tria præterita & duo Aoriſta. Præſens & futura non recipiunt augmentum.

I. Cur dixiſti ἔλυον in tertia plurali?

R. Quia hoc eſt proprium temporibus terminatis in ον, vt habeant ſemper ter-

tiam perſonam pluralem ſimilem primæ ſingulari.

I. Cur dixiſti ἐλυέτην?

R. Hæc eſt natura imperfecti; vt habeat tertiam perſonam dualem diſſimilem ſecundæ.

I. Quænam ſunt tempora, quæ habent tantum τον, & illa quæ habent τον, την?

R. Primaria tempora indicatiui, hoc eſt præſens, præteritum,& duo futurâ habent τον, cum toto Subiunctiuo, in omni voce. Imperfectum plusquam perfectum, & duo Aoriſta habent τον, την,cum toto Optatiuo, in omni voce.

I. Quod tempus formatur ab imperfecto?

R. Aoriſtum 2. quod penè ſemper cum illo coincidit.

I. Coniuga. Aoriſtum 2.

R. Ἔλυον ἔλυες ἔλυε, ſolui ſoluiſti, &c.
ἐλύετον, ſoluiſtis duo, ἐλυέτην,ſoluerunt duo.
Ἐλύομεν ἐλύετε ἔλυον, ſoluimus, &c.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem plane qua imperfectum: ſunt enim tantum hæc duo tempora in ον, & in hoc verbo λύω, idem ſunt.

I. Quid formatur ab Aoriſto 2?

R. Futurum 2. ablato augmento, & mutata terminatione ον in ῶ flexum, ἔλυον, λύον, λυῶ.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua præſens, niſi quod ante terminationes communes debet ſemper poni diphthongus flexa, vbi ponitur ε in præſenti, hic ponitur ει. vbi ο hic ου.
I. Coniuga. Futurum 2.
R. λυῶ, λυεῖς, λυεῖ, ſoluam, &c.
λυεῖτον, ſoluetis, ſoluent duo.
λυοῦμεν, λυεῖτε, λυοῦσι, ſoluemus, &c.
I. Cur hæc quatuor tempora vno ordine collocaſti?
R. Duplici ratione. 1. quia veluti catena annulis hæc tempora inuicem connexa ab inuicem formantur. 2. quia habent eundẽ characterem ſibi proprium, illum ſcilicet præsẽtis, vnde appellãtur cognata tẽpora.
I. Futurum 1. vnde formatur?
R. A præſenti ſuperaddito charactere futuri σ, ante terminationem ω, λύω, λύσω.
I. Quot ſunt characteres primarij in quoque verbo?
R. Tres tantum: character præſentis qui debet vbique in omnibus temporibus, & modis reperiri. Character futuri,

qui ſemper debet eſſe σ, ſuperadditum characteri præſentis. Character præteriti, qui debet eſſe κ ſuperadditum characteri præſentis.

I. Qua Arte coniugatur futurum 1?

R. Eadem plane atque præſens : quod ſemper obſeruandum in omni modo & voce, vt futurum 1 coniugetur eadem methodo qua præſens.

I. Coniuga. Futurum 1.

R. λύσω, λύσεις, λύσει, ſoluam, &c.
λύσετον, ſoluetis ſoluent duo.
λύσομεν, λύσετε, λύσουσι, ſoluemus, &c.

I. Quod tempus formatur à futuro 1?

R. Aoriſtum 1. mutata terminatione ω in α, & addito augmento λύσω, λύσα, ἔλυσα.

I. Qua Arte coniugatur Aoriſtum 1?

R. Omnium facillima, vt ad primam perſonā applicentur terminationes cōmunes.

I. Coniuga. Aoriſtum 1.

R. ἔλυσα, ἔλυσας, ἔλυσε, ſolui ſoluiſti, &c.
ἐλύσατον, ſoluiſtis duo, ἐλυσάτην, ſoluerunt duo.
ἐλύσαμεν, ἐλύσατε, ἔλυσαν, ſoluimus, &c.

I. Cur in terra ſingulari dixiſti, ἔλυσε, non ἔλυσα, vt ex arte dicendum erat?

R. Vt ſit diſcrimen inter primam perſo-

nam & tertiam. Vnde hoc eſt commune omnibus temporibus in α vt tertia ſingularis ſit in ε.

I. cur dixiſti in tertia plurali ἔλυσαν.

R. Quia hoc eſt proprium omnibus Aoriſtis primis, terminatis in α, vt forment tertiam pluralem à prima ſingulari addito ν, ἔλυσα, ἔλυσαν.

I. Quod tempus formatur ab Aoriſto 1?

R. Præteritum, mutato charactere futuri σ, in characterem præteriti κ, & repetita prima conſona thematis, λ; ἔλυσα, ἔλυκα, λέλυκα.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem qua Aoriſtum 1.

I. coniuga. Præteritum.

R. λέλυκα, λέλυκας, λέλυκε, ſolui, &c.
λελύκατον, ſoluiſtis, ſoluerunt duo.
λελύκαμεν, λελύκατε, λελύκασι, ſoluimus, &c.

I. cur dixiſti in tertia plurali λελύκασι?

R. Quia omnia tempora, quæ habent tantum τον in duali, formant tertiam pluralem à prima plurali, mutando μεν in σι, λελύκαμεν, λελύκασι.

I. Quod tempus formatur à Præterito?

R. Semper, & in omni voce pluſquam perfectum. Hic, mutata terminatione α,

in ειν, & addito augmento; λέλυκα, λελύκειν, ἐλελύκειν.

I. Qua arte coniugatur?

R. Omnium facillima, vt ablato ν, addantur terminationes communes.

I. coniuga. Pluſquam perfectum.

R. ἐλελύκειν, ἐλελύκεις, ἐλελύκει, ſoluerã, &c. ἐλελύκειτον, ſolueratis duo, ἐλελυκείτην, ſoluerant duo.

ἐλελύκειμεν, ἐλελύκειτε, ἐλελύκεισαν, ſolueramus, &c.

I. cur in tertia plurali dixiſti ἐλελύκεισαν?

R. Quia omnia tempora terminata in ειν, vel ην formant tertiam pluralẽ addito σαν, ita ſuperius dictum eſt ἐλύθην, ἐλύθησαν.

I. cur ita hæc tempora collocaſti?

R. Quia alterum ab altero formatur, vt conſideranti patet; vnde prius debet ſciri futurum quam Aoriſtum 1. & iſtud prius quam præteritum.

OBSERVATIO.

Ita formanda, & coniuganda ſunt omnia tempora Indicatiui, cuiuſcumque verbi græci; ſi in characteribus ſit aliquid differentiæ, explicabitur inferius.

Non admonui, in ſingulis temporibus, cur habeant in duali tantum τον, *vel* τον την;

quia in imperfecto ſemel pro omnibus docui.

Nota tamen me in ſingulis temporibus explicuiſſe priuatim tertiam pluralem, quia pene in omnibus variè formatur.

Nota 2. præteritum, & pluſquamperfectũ, & Aoriſtum primum, ſeruare characteres tẽporis alia vero tempora, characterem modi Indicatiui, ε, ο, vide Optatiuum in fine.

De Formatione Modorum.

I. Quot ſunt modi apud Græcos?

R. Quatuor finiti, & vnus infinitus, quibus additur Participium, vt apud Latinos.

I. Omnes modi habentne octo tempora Indicatiui?

R. Non, nam extra Indicatiuum, Imperfectum eſt ſemper idem cum præſenti, & pluſquam perfectum idem cum perfecto.

I. Quot habent reliqui modi?

R. Imperatiuus & Subiunctiuus habent tantum quatuor tempora, præſens, Præteritum, duo Aoriſta, & carent futuris. Optatiuus, Infinitiuus, & Participium habent ſex tempora, præſens, præteritum, dum Aoriſta, & duo Futura, & ita habent omnia tempora.

De

DE IMPERATIVO.

I. Vnde formantur Imperatiui tempora?
R. A temporibus Indicatiui mutata terminatione temporum Indicatiui in ε, vt λύω, λύε.
I. Quæ eſt Ars coniugandi tempora Imperatiui?
R. Facillima, vt ad ſecundam perſonam addantur terminationes Imperatiuo communes, & actiuæ.
I. Quæ ſunt terminationes Imperatiui?
R. τω, pro tertia ſingulari τον, των pro Duali, τε, τωσαν pro Plurali per τ, non per θ, & ω, in tertiis perſonis.
I. Coniuga & applica terminationes.
R. Præſens λύε, λυέτω, ſolue ſoluat.
λύετον, λυέτων, ſoluete duo ſoluant duo.
λύετε, λυέτωσαν, ſoluite ſoluant.
I. Itane formari debent & coniugari præteritum & Aoriſtum 1?
R. Ita planè λέλυκα, λέλυκε. Præteritum λέλυκε, λελυκέτω, ſolueris ſoluerit. [duo.
λελύκετον, λελυκέτων, ſolueritis duo ſoluerint
λελύκετε, λελυκέτωσαν, ſolueritis ſoluerint.
Aoriſtum 2. λύε, λυέτω, ſoluito tu & ille.

λύετον, λυέτων, ſoluitote duo ſoluanto duo.
λύετε, λυέτωσαν, ſoluitote, ſoluanto.
I. Cur abſtuliſti augmentum ab Aoriſto 2. non à Præterito?
R. Quia Aoriſta non ſeruant augmentum, niſi in Indicatiuo, in aliis omnibus modis illud abiiciunt.
I. Aoriſtum primum quomodo formatur?
R. Vltimò poſitum eſt, quia Anomalè formatur ab Aoriſto primo Indicatiui, abiecto ſemper augmento, & mutata terminatione α in ον, ἔλυσα, λύσα, λῦσον.
I. Qua Arte coniugatur.
R. Secundum terminationes, eadem Arte, qua alia tempora Imperatiui, ſeruata tamen ſemper, ante terminationes vocali α, quæ eſt character huius temporis.
I. Coniuga. Aoriſt. 1.
R. Significatio vt in Aorito 2. λῦσον, λυσάτω,
λύσατον, λυσάτων,
λύσατε, λυσάτωσαν.

DE OPTATIVO.

I. Vnde formantur tempora Optatiui?
R. A paribus temporibus Indicatiui, mutata tantum terminatione in οιμι, ita λύω, λύοιμι, λέλυκα, λελύκοιμι, λύσω, λύσοιμι.

I. Quæ eſt Ars coniugandi huiuſmodi tempora?

R. omnium facillima, vt mutetur terminatio μι, in terminationes communes ν, τον, την, μεν, τε, vel abiecto μι addantur, & pro tertia plurali εν.

I. Adde & coniuga. Præſens.

R. λύοιμι, λύοις, λύοι, ſolueram, &c.
λύοιτον, λυοίτην, ſolueritis duo, ſoluerẽt duo.
λύοιμεν, λύοιτε, λύοιεν, ſolueremus, &c.

Præteritum λελύκοιμι, λελύκοις, λελύκοι.
λελύκοιτον, λελυκοίτην, ſoluerim vel ſoluiſsẽ.
λελύκοιμεν, λελύκοιτε, λελύκοιεν.

Aoriſtũ 2. λύοιμι, λύοις, λύοι, ſoluerim, &c.
λύοιτον, λυοίτην.
λύοιμεν, λύοιτε, λύοιεν.

Futurum 1. λύσοιμι, λύσοις, λύσοι, ſoluã, &c.
λύσοιτον, λυσοίτην.
λύσοιμεν, λύσοιτε, λύσοιεν.

Futurum 2. λυοῖμι, λυοῖς, λυοῖ, ſoluam, &c.
λυοῖτον, λυοίτην.
λυοῖμεν, λυοῖτε, λυοῖεν.

I. Vnde formatur Aoriſtum 1?

R. Ab Aoriſto 1. Indicatiui, mutando α, in αιμι; abiecto ſemper augmento, ἔλυσα, λύσαιμι.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem planè qua alia tempora, ſeruato ſemper charactere temporis *αι*.

I. Coniuga.

R. Aoriſtum I. *λύσαιμι, λύσαις, λύσαι*, vtinam ſoluerim.

λύσαιτον, λυσαίτην.

λύλαιμεν, λύσαιτε, λύσαιεν.

I. Cur non terminatur in *οιμι*, vt alia tempora?

R. Vt diſtinguatur à Futuro I. alias ſemper cum illo concideret, deinde, quia illud Aoriſtum ſeruat vbique penè ſuum characterem *α*, qui eſt character temporis, non modi.

I. Quid vocas characterem temporis, characterem modi?

R. Appello characterem modi & temporis vocalem quæ ponitur ante terminationes communes *σ*, *τον*, vel *την*, *μεν*, *τε*.

I. Cur inuehis huiuſmodi characteres?

R. Vt ponatur diſcrimen inter tempora & modos, nam per terminationes, cum communes ſint, non poteſt poni diſcrimen, vnde recurrendum eſt ad vocales quæ præcedunt.

I. Qui ſunt characteres modi?

R. Sunt eæ vocales, vel dipthongi quæ

in præſenti modi cuiuſque, ponuntur ante terminationes communes, σ, τον, vel την, μεν, τε, ita οι, eſt character Optatiui; ε, Imperatiui; ε, & ο, duæ breues Indicatiui; η, & ω, duæ longæ Subiunctiui.
I. Oſtende in exemplo?
R. v. g. λύομεν, agnoſcitur Indicatiui quia habet breuem ο, ante μεν, λύοιμεν, Optatiui, quia habet οι, λύωμεν, Subiunctiui, quia habet ω.
I. Qui ſunt characteres temporis?
R. Sunt ij, qui reperiuntur in temporibus, quæ ſeruant terminationem, vel characterẽ primæ perſonæ, & non præſentis.
I. Oſtende in exemplo.
R. v. g. Aoriſtum 1. in Indicatiuo, ſeruat α, ante terminationes & non ε, ο, ita in imperatiuo, α, & non ε ita in Optatiuo αι, & non οι, vt alia tempora, & ſimiliter dicendum de aliis temporibus.

DE SVBIVNCTIVO.

I. Vnde formantur tempora Subiunctiui?
R. A paribus temporibus Indicatiui, mutata terminatione in ω, ita λύω, λύσω, λέλυκα, λελύκω, ἔλυσα, λύσω, ἔλυον, λύω.

I. Qua Arte coniugantur hæc tempora ?
R. Eadem qua præſens Indicatiui, ſeruatis tamen modi Subiunctiui characteribus η, & ω, loco ε, ο, Indicatiui, in omnibus temporibus.

R. Præſens λύω, λύῃς, λύῃ, ſi ſoluam.

λύητον.

λύωμεν, λύητε, λύωσι.

Præteritum λελύκω, λελύκῃς, λελύκῃ, ſi ſoluerim.

λελύκητον.

λελύκωμεν, λελύκητε, λελύκωσι.

Aoriſtum 1. λύσω, λύσῃς, λύσῃ, ſi ſoluero.

λύσητον.

λύσωμεν, λύσητε; λύσωσι.

Aoriſtum 2. λύω, λύῃς, λύῃ, ſi ſoluero.

λύητον.

λύωμεν, λύητε, λύωσι.

OBSERVATIO.

Obſerua Subiunctiuum non differre à temporibus Indicatiui, terminatis in ω, niſi quia tempora Subiunctiui habent vocales longas η, & ω, ante terminationes communes: at tempora Indicatiui breues ε, ο.

I. Cur in ſingulari poſuiſti η, cum iota

ſubſcripto non duali & plurali.

R. Quia ω, reſoluitur in diphthongos in perſonis ſingularis, pro charactere modi: vnde in ει, pro Indicatiuo, in ῃ, cum iota ſubſcripto pro Subiunctiuo.

I. Cur in tertia plurali dixiſti λύωσι.

R. Quia, vt dictum eſt, tempora quæ habent tantum τον, in duali, formant tertiam pluralem in σι, formatam à prima plurali, mutando μεν, in σι, λύωμεν, λύωσι.

DE INFINITIVO.

I. Infinitiuus vnde formatur?

R. Vt alij modi à paribus temporibus Indicatiui, mutatis terminationibus in ειν, per ει.

Præſens à λύω, λύειν, ſoluere.

Futurum 1. à λύσω, λύσειν, ſoluturum eſſe.

Futurum 2. à λυῶ λυεῖν, idem.

Aoriſtum 2. à ἔλυον, λυεῖν, ſoluiſſe.

I. Quomodo formantur Præteritum & Aoriſtum 1?

R. Præteritum à tertia Præteriti Indicatiui addito ναι, à λέλυκε, λελυκέναι, ſoluiſſe.

Aoriſtum 1. ab Aoriſto 1. Indicatiui mutando α, in αι, ab ἔλυσα, λῦσαι, ſoluiſſe.

DE PARTICIPIO.

I. Quomodo formātur tempora participij?
R. A paribus temporibus Indicatiui, mutatis terminationibus in ων per ω.
Præſens à λύω, λύων, ſoluens.
Futurum 1. à λύσω, λύσων, ſoluturus.
Futurum 2. à λυῶ, λυῶν, idem.
Aoriſtum 2. ab ἔλυον, λυὼν, qui ſoluit.
Præteritum à Præterito mutando α, in ως, à λέλυκα, λελυκὼς, qui ſoluit.
Aoriſtum 1. addito σ, ab ἔλυσα, λύσας, idem.
De modo declinandi, formandi fœmininum & neutrum, dictum eſt ſuperius, dum de Adiectiuis impariſyllabis.

De modo coniugandi Paſſiuo.

I. Quæ eſt Ars coniugandi tempora Paſſiuè?
R. Eſt cognitio communium terminationum ad formandas perſonas, earumque applicatio.
I. Quæ ſunt communes terminationes?
R. μεθον, σθον, σθην, μεθα, σθε.

I. Quomodo applicantur?

R. Mutando terminationem primæ perſonæ, *μαι*, vel *μην*, in has communes terminationes, ita *λέλυμαι* ſolutus ſum; muta *μαι*, in *μεθον* & in alias, & habebis dualem & pluralem, *λελύμεθον*, *λύλυσθον*, *λελύμεθα*, *λέλυσθε*. Ita *ἐλελύμην*, ſolutus eram muta *μην*, in *μεθον*, & in alias, & habebis dualem, & pluralem, *ἐλελύμεθον*, *ἐλέλυσθον*, *ἐλελύσθην*, *ἐλελύμεθα*, *ἐλέλυσθε*.

I. Nihil dixiſti de ſingulari?

R. Quia terminationes perſonarum ſingularis ſunt propriæ cuique terminationi *μαι*, & *μην*.

I. Tempora in *μαι* quomodo formant ſingularem?

R. Mutando *μαι*, in *σαι*, *ται*.

Ita *λέλυμαι*, ſolutus ſum, *λέλυσαι*, *λέλυται*.

I. Tempora in *μην*, quomodo formant ſingularem?

R. Mutando *μην*, in *σο*, *το*.

Ita *ἐλελύμην*, *ἐλέλυσο*, *ἐλέλυτο*.

I. Supereſt tertia pluralis quomodo formatur?

R. A tertia ſingulari poſito *ν*, ante *ται*, vel *το*., *λέλυται*, *λελυνται*, *ἐλέλυτο*, *ἐλέλυντο*.

I. Quæ ſunt notæ coniugationis Paſſiuæ?

nam & tertiam. Vnde hoc eſt commune omnibus temporibus in α vt tertia ſingularis ſit in ε.

I. cur dixiſti in tertia plurali ἔλυσαν.

R. Quia hoc eſt proprium omnibus Aoriſtis primis, terminatis in α, vt forment tertiam pluralem à prima ſingulari addito ν, ἔλυσα, ἔλυσαν.

I. Quod tempus formatur ab Aoriſto 1?

R. Præteritum, mutato charactere futuri σ, in characterem præteriti κ, & repetita prima conſona thematis, λ; ἔλυσα, ἔλυκα, λέλυκα.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem qua Aoriſtum 1.

I. coniuga. Præteritum.

R. λέλυκα, λέλυκας, λέλυκε, ſolui, &c.

λελύκατον, ſoluiſtis, ſoluerunt duo.

λελύκαμεν, λελύκατε, λελύκασι, ſoluimus, &c.

I. cur dixiſti in tertia plurali λελύκασι?

R. Quia omnia tempora, quæ habent tantum τον in duali, formant tertiam pluralem à prima plurali, mutando μεν in σι, λελύκαμεν, λελύκασι.

I. Quod tempus formatur à Præterito?

R. Semper, & in omni voce pluſquam perfectum. Hic, mutata terminatione α,

in ειν, & addito augmento ; λέλυκα, λελύκειν, ἐλελύκειν.

I. Qua arte coniugatur ?

R. Omnium facillima, vt ablato ν, addantur terminationes communes.

I. coniuga. Pluſquam perfectum.

R. ἐλελύκειν, ἐλελύκεις, ἐλελύκει, ſoluerã, &c. ἐλελύκειτον, ſolueratis duo, ἐλελυκείτην, ſoluerant duo.

ἐλελύκειμεν, ἐλελύκειτε, ἐλελύκεισαν, ſolueramus, &c.

I. cur in tertia plurali dixiſti ἐλελύκεισαν ?

R. Quia omnia tempora terminata in ειν, vel ην formant tertiam pluralẽ addito σαν, ita ſuperius dictum eſt ἐλύθην, ἐλύθησαν.

I. cur ita hæc tempora collocaſti ?

R. Quia alterum ab altero formatur, vt conſideranti patet ; vnde prius debet ſciri futurum quam Aoriſtum 1. & iſtud prius quam præteritum.

OBSERVATIO.

Ita formanda, & coniuganda ſunt omnia tempora Indicatiui, cuiuſcumque verbi græci ; ſi in characteribus ſit aliquid differentiæ, explicabitur inferius.

Non admonui, in ſingulis temporibus, cur habeant in duali tantum τον, *vel* τον την ;

quia in imperfecto ſemel pro omnibus docui.

Nota tamen me in ſingulis temporibus explicuiſſe priuatim tertiam pluralem, quia pene in omnibus variè formatur.

Nota 2. prateritum, & pluſquamperfectũ, & Aoriſtum primnm, ſeruare characteres tẽporis alia vero tempora, characterem modi Indicatiui, ε, ο, vide Optatiuum in fine.

De Formatione Modorum.

I. Quot ſunt modi apud Græcos?

R. Quatuor finiti, & vnus infinitus, quibus additur Participium, vt apud Latinos.

I. Omnes modi habentne octo tempora Indicatiui?

R. Non, nam extra Indicatiuum, Imperfectum eſt ſemper idem cum præſenti, & pluſquam perfectum idem cum perfecto.

I. Quot habent reliqui modi?

R. Imperatiuus & Subiunctiuus habent tantum quatuor tempora, præſens, Præteritum, duo Aoriſta, & carent futuris. Optatiuus, Infinitiuus, & Participium habent ſex tempora, præſens, præteritum, dum Aoriſta, & duo Futura, & ita habent omnia tempora.

DE IMPERATIVO.

I. Vnde formantur Imperatiui tempora?
R. A temporibus Indicatiui mutata terminationę temporum Indicatiui in ε, vt λύω, λύε.
I. Quæ eſt Ars coniugandi tempora Imperatiui?
R. Facillima, vt ad ſecundam perſonam addantur terminationes Imperatiuo communes, & actiuæ.
I. Quæ ſunt terminationes Imperatiui?
R. τω, pro tertia ſingulari τον, των pro Duali, τε, τωσαν pro Plurali per τ, non per θ, & ω, in tertiis perſonis.
I. Coniuga & applica terminationes.
R. Præſens λύε, λυέτω, ſolue ſoluat.
λύετον, λυέτων, ſoluete duo ſoluant duo.
λύετε, λυέτωσαν, ſoluite ſoluant.
I. Itane formari debent & coniugari præteritum & Aoriſtum 1?
R. Ita planè λέλυκα, λέλυκε. Præteritum
λέλυκε, λελυκέτω, ſolueris ſoluerit. [duo.
λελύκετον, λελυκέτων, ſolueritis duo ſoluerint
λελύκετε, λελυκέτωσαν, ſolueritis ſoluerint.
Aoriſtum 2. λύε, λυέτω, ſoluito tu & ille.

λύετον, λυέτων, ſoluitote duo ſoluanto duo.
λύετε, λυέτωσαν, ſoluitote, ſoluanto.

I. Cur abſtuliſti augmentum ab Aoriſto 2. non à Præterito?

R. Quia Aoriſta non ſeruant augmentum, niſi in Indicatiuo, in aliis omnibus modis illud abiiciunt.

I. Aoriſtum primum quomodo formatur?

R. Vltimò poſitum eſt, quia Anomalè formatur ab Aoriſto primo Indicatiui, abiecto ſemper augmento, & mutata terminatione α in ον, ἔλυσα, λύσα, λύσον.

I. Qua Arte coniugatur.

R. Secundum terminationes, eadem Arte, qua alia tempora Imperatiui, ſeruata tamen ſemper, ante terminationes vocali α, quæ eſt character huius temporis.

I. Coniuga. Aoriſt. 1.

R. Significatio vt in Aorito 2. λύσον, λυσάτω,
λύσατον, λυσάτων,
λύσατε, λυσάτωσαν.

DE OPTATIVO.

I. Vnde formantur tempora Optatiui?

R. A paribus temporibus Indicatiui, mutata tantum terminatione in οιμι, ita λύω, λύοιμι, λέλυκα, λελύκοιμι, λύσω, λύσοιμι.

I. Quæ eſt Ars coniugandi huiuſmodi tempora?

R. omnium facillima, vt mutetur terminatio μι, in terminationes communes ν, τον, την, μεν, τε, vel abiecto μι addantur, & pro tertia plurali εν.

I. Adde & coniuga. Præſens.

R. λύοιμι, λύοις, λύοι, ſolueram, &c.
λύοιτον, λυοίτην, ſolueritis duo, ſoluerẽt duo.
λύοιμεν, λύοιτε, λύοιεν, ſolueremus, &c.

Præteritum λελύκοιμι, λελύκοις, λελύκοι.
λελύκοιτον, λελυκοίτην, ſoluerim vel ſoluiſſẽ.
λελύκοιμεν, λελύλοιτε, λελύκοιεν.

Aoriſtũ 2. λύοιμι, λύοις, λύοι, ſoluerim, &c.
λύοιτον, λυοίτην.
λύοιμεν, λύοιτε, λύοιεν.

Futurum 1. λύσοιμι, λύσοις, λύσοι, ſoluã, &c.
λύσοιτον, λυσοίτην.
λύσοιμεν, λύσοιτε, λύσοιεν.

Futurum 2. λυοῖμι, λυοῖς, λυοῖ, ſoluam, &c.
λυοῖτον, λυοίτην.
λυοῖμεν, λυοῖτε, λυοῖεν.

I. Vnde formatur Aoriſtum 1?

R. Ab Aoriſto 1. Indicatiui, mutando α, in αιμι; abiecto ſemper augmento, ἔλυσα, λύσαιμι.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem planè qua alia tempora, ſeruato ſemper charactere temporis αι.
I. Coniuga.
R. Aoriſtum 1. λύσαιμι, λύσαις, λύσαι, vtinam ſoluerim.
λύσαιτον, λυσαίτην.
λύλαιμεν, λύσαιτε, λύσαιεν.
I. Cur non terminatur in οιμι, vt alia tempora?
R. Vt diſtinguatur à Futuro 1. alias ſemper cum illo concideret, deinde, quia illud Aoriſtum ſeruat vbique penè ſuum characterem α, qui eſt character temporis, non modi.
I. Quid vocas characterem temporis, characterem modi?
R. Appello characterem modi & temporis vocalem quæ ponitur ante terminationes communes σ, τον, vel την, μεν, τε.
I. Cur inuehis huiuſmodi characteres?
R. Vt ponatur diſcrimen inter tempora & modos, nam per terminationes, cum communes ſint, non poteſt poni diſcrimen, vnde recurrendum eſt ad vocales quæ præcedunt.
I. Qui ſunt characteres modi?
R. Sunt eæ vocales, vel dipthongi quæ

in præſenti modi cuiuſque, ponuntur ante terminationes communes, σ, τον, vel την, μεν, τε, ita οι, eſt character Optatiui; ε, Imperatiui; ε, & ο, duæ breues Indicatiui; η, & ω, duæ longæ Subiunctiui.

I. Oſtende in exemplo?

R. v. g. λύομεν, agnoſcitur Indicatiui quia habet breuem ο, ante μεν, λύοιμεν, Optatiui, quia habet οι, λύωμεν, Subiunctiui, quia habet ω.

I. Qui ſunt characteres temporis?

R. Sunt ij, qui reperiuntur in temporibus, quæ ſeruant terminationem, vel characterẽ primæ perſonæ, & non præſentis.

I. Oſtende in exemplo.

R. v. g. Aoriſtum 1. in Indicatiuo, ſeruat α, ante terminationes & non ε, ο, ita in imperatiuo, α, & non ε ita in Optatiuo αι, & non οι, vt alia tempora, & ſimiliter dicendum de aliis temporibus.

DE SVBIVNCTIVO.

I. Vnde formantur tempora Subiunctiui?

R. A paribus temporibus Indicatiui, mutata terminatione in ω, ita λύω, λύσω, λέλυκα, λελύκω, ἔλυσα, λύσω, ἔλυον, λύω.

I. Qua Arte coniugantur hæc tempora ?
R. Eadem qua præſens Indicatiui, ſeruatis tamen modi Subiunctiui characteribus η, & ω, loco ε, ο, Indicatiui, in omnibus temporibus.
R. Præſens λύω, λύῃς, λύῃ, ſi ſoluam.
λύητον.
λύωμεν, λύητε, λύωσι.
Præteritum λελύκω, λελύκῃς, λελύκῃ, ſi ſoluerim.
λελύκητον.
λελύκωμεν, λελύκητε, λελύκωσι.
Aoriſtum 1. λύσω, λύσῃς, λύσῃ, ſi ſoluero.
λύσητον.
λύσωμεν, λύσητε; λύσωσι.
Aoriſtum 2. λύω, λύῃς, λύῃ, ſi ſoluero.
λύητον.
λύωμεν, λύητε, λύωσι.

OBSERVATIO.

Obſerua Subiunctiuum non differre à temporibus Indicatiui, terminatis in ω, niſi quia tempora Subiunctiui habent vocales longas η, & ω, ante terminationes communes: at tempora Indicatiui breues ε, ο.
I. Cur in ſingulari poſuiſti ῃ, cum iota

ſubſcripto non duali & plurali.
R. Quia ω, reſoluitur in diphthongos in perſonis ſingularis, pro charactere modi: vnde in ει, pro Indicatiuo, in ῃ, cum iota ſubſcripto pro Subiunctiuo.
I. Cur in tertia plurali dixiſti λύωσι.
R. Quia, vt dictum eſt, tempora quæ habent tantum τον, in duali, formant tertiam pluralem in σι, formatam à prima plurali, mutando μεν, in σι, λύωμεν, λύωσι.

DE INFINITIVO.

I. Infinitiuus vnde formatur?
R. Vt alij modi à paribus temporibus Indicatiui, mutatis terminationibus in ειν, per ει.
Præſens à λύω, λύειν, ſoluere.
Futurum 1. à λύσω, λύσειν, ſoluturum eſſe.
Futurum 2. à λυῶ λυεῖν, idem.
Aoriſtum 2. à ἔλυον, λυεῖν, ſoluiſſe.
I. Quomodo formantur Præteritum & Aoriſtum 1?
R. Præteritum à tertia Præteriti Indicatiui addito ναι, à λέλυκε, λελυκέναι, ſoluiſſe.
Aoriſtum 1. ab Aoriſto 1. Indicatiui mutando α, in αι, ab ἔλυσα, λῦσαι, ſoluiſſe.

DE PARTICIPIO.

I. Quomodo formãtur tempora participij?
R. A paribus temporibus Indicatiui, mutatis terminationibus in ων per ω.
Præſens à λύω, λύων, ſoluens.
Futurum 1. à λύσω, λύσων, ſoluturus.
Futurum 2. à λυῶ, λυῶν, idem.
Aoriſtum 2. ab ἔλυον, λυὼν, qui ſoluit.
Præteritum à Præterito mutando α, in ως, à λέλυκα, λελυκὼς, qui ſoluit.
Aoriſtum 1. addito σ, ab ἔλυσα, λύσας, idem.
De modo declinandi, formandi fœmininum & neutrum, dictum eſt ſuperius, dum de Adiectiuis impariſyllabis.

De modo coniugandi Paſſiuo.

I. Quæ eſt Ars coniugandi tempora Paſſiuè?
R. Eſt cognitio communium terminationum ad formandas perſonas, earumque applicatio.
I. Quæ ſunt communes terminationes?
R. μεθον, σθον, σθην, μεθα, σθε.

I. Quomodo applicantur?

R. Mutando terminationem primæ perſonæ, μαι, vel μην, in has communes terminationes, ita λέλυμαι ſolutus ſum; muta μαι, in μεθον & in alias, & habebis dualem & pluralem, λελύμεθον, λύλυσθον, λελύμεθα, λέλυσθε. Ita ἐλελύμην, ſolutus eram muta μην, in μεθον, & in alias, & habebis dualem, & pluralem, ἐλελύμεθον, ἐλέλυσθον, ἐλελύσθην, ἐλελύμεθα, ἐλέλυσθε.

I. Nihil dixiſti de ſingulari?

R. Quia terminationes perſonarum ſingularis ſunt propriæ cuique terminationi μαι, & μην.

I. Tempora in μαι quomodo formant ſingularem?

R. Mutando μαι, in σαι, ται.

Ita λέλυμαι, ſolutus ſum, λέλυσαι, λέλυται.

I. Tempora in μην, quomodo formant ſingularem?

R. Mutando μην, in σο, το.

Ita ἐλελύμην, ἐλέλυσο, ἐλέλυτο.

I. Supereſt tertia pluralis quomodo formatur?

R. A tertia ſingulari poſito ν, ante ται, vel το, λέλυται, λελυνται, ἐλέλυτο, ἐλέλυντο.

I. Quæ ſunt notæ coniugationis Paſſiuæ?

R. Tres, prima, vt primæ perſonæ coniugandæ paſſiuo modo terminentur in μαι, vel μην. Secunda vt dualis habeat primam perſonam. Tertia vt terminationes communes μεθον, σθον, σθην, μεθα, σθε, ſcribantur per θ, non per τ, vt fit in Actiuo.

I. Omnes terminationes Paſſiuæ ſcribendæ ne ſunt per θ.

R. Non, ſed tantum communes; nam ται & το, tertiarum perſonarum ſingularis & pluralis ſcribuntur per τ, non per θ.

DE INDICATIVO PASSIVO.

I. Vnde formatur Indicatiui paſſiui præſens?

R. A præſenti actiuo mutata terminatione ω, in ομαι, λύω, ſoluo, λύομαι, ſoluor.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem qua tempora in μαι.

I. Coniuga.

R. Præſens λύομαι, λύῃ, λύεται, ſoluor.
λυόμεθον, λύεσθον.
λυόμεθα, λύεσθε, λύονται.

I. Cur dicis λύομαι, per ο, cum formetur ab ω?

R. Quia ω, primæ perſonæ facta penultima in Indicatiuo mutatur in ο, pro pri-

mis perſonis & tertia plurali. λύομαι, λυόμεθον, λυόμεθα, λύονται. In aliis perſonis facta penultima mutatur in ε, vt λύεσαι, λύεται, λύεσθον, λύεσθε.

I. Cur dixiſti in ſecunda ſingulari λύῃ, non λύεσαι, vt dicendum fuerat?

R. Quia Iones auferunt σ, ex omni illa ſecunda perſona, & ſupereſt λύεαι, iam Attici contrahunt regulariter in η, cum iota ſubſcripto, & dicunt λύῃ.

I. Licetne vti regulari λύεσαι, vel ionico λύεαι, vel attico λύῃ?

R. In omni tempore ſecunda perſona σαι, non eſt amplius in vſu, niſi in perfecto & in verbis in μι.

Ionica perſona λύεαι, non eſt in vſu niſi apud Poëtas frequenter, & apud Ionicos Autores. Λύῃ, Atticum, iam eſt in vſu, in lingua communi.

I. Quomodo formanda eſt igitur illa ſecunda perſona?

R. Mutando ομαι, Indicatiui vel ωμαι, Subiunctiui in ῃ, cum iota ſubſcripto. λύομαι, λύῃ, λύωμαι, λύῃ, λύσομαι, λύσῃ, & ita in aliis.

IMPERFECTVM.

I. Vnde formatur Imperfectum ?

R. A præſenti mutando μαι, in μην, & addito augmento, λύομαι, ἐλυόμην.

I. Qua Arte coniugatur ?

R. Eadem qua omnia tempora in μην, ſuperiùs explicata.

I. Coniuga.

R. ἐλυόμην, ἐλύȣ, ἐλύετο, ſoluebar, &c.
ἐλυόμεθον, ἐλύεσθον, ἐλυέσθην.
ἐλυόμεθα, ἐλύεσθε, ἐλύοντο.

I. Cur in ſecunda ſingulari dixiſti ἐλύȣ & non, ἐλύεσο, vt dicendum fuerat ex Arte tua, qua μην, mutatur in σο, το ?

R. Ita dicendum fuerat, ſed Iones auferunt σ, & ſupereſt ἐλύεο, iam Attici regulariter contrahunt εο, in ȣ, & dicunt ἐλύȣ.

I. Licetne vti his tribus perſonis ?

R. Secundæ perſonæ in σο, non ſunt amplius in vſu, niſi in pluſquam perfecto & in verbis in μι, ionicæ perſonæ, vt ἐλύεο, ſunt in vſu tantum in Poëſi, & apud Autores ionicos.

Atticæ perſonæ contractæ, vt ἐλύȣ, tranſierunt in linguam communem, & iis vtendum eſt in Proſa.

PERFECTVM.

I. Vnde formatur perfectum Paſſiuum?
R. Ab actiuo, mutando κα, in μαι, λέλυκα, λέλυμαι.
I. Qua Arte coniugari debet?
R. Eadem qua tempora in μαι, ſeruato charactere temporis.
I. Coniuga.
R. λέλυμαι, λέλυσαι, λέλυται. ſolutus ſum.
λελύμεθον, λέλυσθον,
λελύμεθα, λέλυσθε, λέλυνται.

PLVSQVAM PERFECTVM.

I. Vnde formatur pluſquam perfectum?
R. Semper à perfecto mutando μαι, in μην, & addito augmento, λέλυμαι, ἐλελύμην.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua tempora in μην, ſeruato charactere temporis.
I. Coniuga.
R. ἐλελύμην, ἐλέλυσο, ἐλέλυτο, ſolutus eram.
ἐλελύμεθον, ἐλέλυσθον, ἐλελύσθην.
ἐλελύμεθα, ἐλέλυσθε, ἐλέλυντο.

AORISTVM I.

I. Vnde formatur Aoriſt. 1. paſſiuum?
R. A tertia perſona præteriti, mutata terminatione ται, in θην, & ablata prima thematis, λέλυται, ἔλυται, ἐλύθην.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Actiuè vt explicatum eſt.
I. Coniuga.
R. ἐλύθην, ἐλύθης, ἐλύθη, ſolutus ſum.
ἐλύθητον, ἐλυθήτην.
ἐλύθημεν, ἐλύθητε, ἐλύθησαν.
I. Quare τ, mutatur in θ, ται, in θην?
R. Quia θ, eſt character omnis Aoriſti primi paſſiui.
I. Quare coniugatur actiuè, cum ſit paſſiuum?
R. Quia non terminatur in μαι, nec in μην.

AORISTVM II.

I. Vnde formatur Aoriſt. 2. paſſiuum?
R. Ab Actiuo mutando ον, in ην, ἔλυον, ἐλύην.
I. Qua Arte coniugatur.
R. Eadem qua Aoriſtum 1.

I. Coniuga.

R. ἐλύην, ἐλύης, ἐλύη. ſolutus ſum.

ἐλύητον, ἐλυήτην,

ἐλύημεν, ἐλύητε, ἐλύησαν.

FVTVRVM I.

I. Vnde formatur Futurum 1. paſſiuum?

R. A ſecunda perſona Aoriſti primi paſſiui addito ομαι, & reiecto augmento, ἐλύθην, λύθην, λύθης, λυθήσομαι.

I. Coniuga.

R. λυθήσομαι, λυθήσῃ, λυθήσεται, ſoluar.

λυθησόμεθον, λυθήσεσθον.

λυθησόμεθα, λυθήσεσθε, λυθήσονται.

FVTVRVM II.

I. Vnde formatur Futurum ſecundum paſſiuum?

R. Ab Aoriſti 2. paſſiui ſecunda perſona addito ομαι, reiecto augmento, ἐλύην, λύην, λύης, λυήσομαι.

I. Coniuga.

R. λυήσομαι, λυήσῃ, λυήσεται, ſoluar.

λυησόμεθον, λυήσεσθον.

λυησόμεθα λυήσεσθε λυήσονται.

Paulo poſt Futurum.

I. Vnde formatur paulo poſt Futurum.
R. A ſecunda Præteriti paſſiui, mutando αι, in ομαι, λέλυσαι, λελύσομαι.
I. Coniuga.
R. λελύσομαι, λελύσῃ, λελύσεται, mox ſoluar.
λελυσόμεθον, λελύσεσθον.
λελυσόμεθα, λελύσεσθε, λελύσονται.
I. Qua Arte coniugantur hæc tria tempora?
R. Eadem planè qua præſens ſine diſcrimine.

OBSERVATIO.

Obſerua quæ tempora ſeruent characterem modi, quæ vero characterem temporis. Præſens & tria futura, cum imperfecto ſeruant characterem indicatiui: hoc eſt habent ante terminationes perſonarum ο, *vel* ε, *vt ſuperius explicatum eſt.*

Præteritum, pluſquam perfectum, & duo Aoriſta ſeruant characterem temporis, in omnibus perſonis: hoc eſt, vocalem quæ eſt ante terminationem primæ perſonæ; vnde nulla eſt mutatio in aliis perſonis, niſi ſolius terminationis

tionis; vt λέλυμαι, λέλυσαι, λέλυται, *& ita de aliis* λελυ *manet vbique*, ἐλύθη *in Aor.* 1. ἐλύη, *in Aor.* 2. *manent vbique in omni perſona.*

IMPERATIVVS.

I. Vnde formatur Imperatiuus?

R. A ſecunda perſona imperfecti ablato augmento ἐλύου, λύου.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem qua Actiuus, niſi quod terminationes ſcribantur per θ, & non per τ.

I. Quæ ſunt terminationes communes.

R. σθω, σθον, σθων, σθε, σθωσαν.

I. Coniuga Præſens.

R. λύου, λυέσθω, ſoluere, ſoluatur.
λύεσθον, λυέσθων.
λύεσθε, λυέσθωσαν.

I. Quare ε, ponitur ante terminationes?

R. Quia ε, eſt character modi Imperatiui, & præſens ſemper ſeruat characterẽ modi.

PRÆTERITVM.

I. Vnde formatur Præteritum?

R. A ſecunda perſona pluſquam perfecti ablato augmento ἐλέλυσο, λέλυσο.

I. Qua Arte coniugatur?

R. Mutata terminatione σο, in termina-

tiones communes ſeruato charactere temporis υ.
I. Coniuga.
R. λέλυσο, λελύσθω, ſolutus eſto.
λέλυσθον, λελύσθων, ſolutus ſit.
λέλυσθε, λελύσθωσαν.

AORISTVM. I.

I. Vnde formatur Aoriſtum 1. Imperatiui?
R. A tertia perſona Aoriſti 1. Indicatiui addito τι, ablato augmento ἐλύθη, λύθη, inde λύθητι.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Actiuo modo, mutando τι, in terminationes actiuas, ſeruato charactere tēporis.
I. Coniuga.
R. λύθητι, λυθήτω, ſoluere.
λύθητον, λυθήτων.
λύθητε, λυθήτωσαν.

AORISTVM II.

I. Vnde formatur Aoriſtum 2?
R. A tertia perſona Aoriſti 2. Indicatiui, addito θι.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua primum.

I. Coniuga.

R. λύηθι, λυήτω, ſoluere.

λύητον, λυήτων.

λύητε, λυήτωσαν.

I. Cur primum habet π, per τ, & 2. per θ.

R. Ne ſequantur duæ ſyllabæ incipientes ab aſpiratis, quod fieret ſi primum haberet θ, λύθηθι.

DE OPTATIVO.

I. Vnde formantur tempora Optatiui paſſiui?

R. A paribus temporibus Indicatiui paſſiui, mutando terminationes in οιμην; λύομαι, λυοίμην, λυθήσομαι, λυθησοίμην, λυήσομαι, λυησοίμην, λελύσομαι, λελυσοίμην.

I. Coniuga præſens.

R. λυοίμην, λύοιο, λύοιτο, vtinã ſoluerer, &c.

λυοίμεθον, λύοισθον, λυοίσθην.

λυοίμεθα, λύοισθε, λύοιντο.

FVTVRVM I.

λυθησοίμην λυθήσοιο, λυθήσοιτο, vtinã ſoluar.

λυθησοίμεθον, λυθήσοισθον, λυθησοίσθην.

λυθησοίμεθα, λυθήσοισθε, συθήσοιντο.

FVTVRVM II.

Λυησοίμην, λυήσοιο, λυήσοιτο, vtinam ſoluar.
Λυησοίμεθον, λυήσοισθον, λυησοίσθην.
Λυησοίμεθα, λυήσοισθε, λυήσοιντο.

Paulopoſt Futurum.

Λελυσοίμην, λελύσοιο, λελύσοιτο, mox ſaluar.
Λελυσοίμεθον, λελύσοισθον, λελυσοίσθην.
Λελυσοίμεθα, λελύσοισθε, λελύσοιντο.

I. Cur in ſecunda perſona ſingulari poſuiſti οιο, non οισο, vt ex Arte ponendũ erat? R. Quia Iones auferunt σ, ab illa perſona, quæ remanſit in vſu communi, λυοίμην. λύοισο, Ionice λύοιο; & ita formantur cætera tempora Optatiui.

I. Quare non contrahitur vt in Indicatiuo, R. Quia non fit contractio regularis ex priori longa, hic autem eſt οι, diphthongus longa.

AORISTVM I.

I. Vnde formatur Aoriſtum 1. Optatiui? R. Ab Aoriſto 1. Indicatiui, addita ει, diphthongo ante terminationem ην, & ablato augmento; ἐλύθην, λύθην, λυθείην.

I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua Aoriſt. 1. Indicatiui.
I. Coniuga.
R. Λυθείην, λυθείης, λυθείη, vtinã ſolutus ſim.
Λυθείητον, λυθείήτην.
Λυθείημεν, λυθείητε, λυθείησαν.

AORISTVM II.

Λυείην, λυείης, λυείη, vtinam ſolutus ſim.
Λυείητον, λυειήτην.
Λυείημεν, λυείητε, λυείησαν.
I. Vnde formatur Aoriſtum 2.
R. Ab Aoriſto 2. Indicatiui, vt primum, & eadem Arte coniugatur.
I. Nihil dixiſti de Præterito.
R. Quia Optatiui & Subiunctiui paſſiui carent hoc tempore vnde vtendum circumlocutione.

PRÆTERITVM.

Λελυμένος, εἴην, εἴης, εἴη, vtinam ſolutus eſſem.
Λελυμένω, εἴητον, εἰήτην.
Λελυμένοι, εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

OBSERVATIO.

Contentio eſt inter Grammaticos, de h[...]

iuſmodi præteritis, aliqui enim approbant maximè in verbo λύω, & dicunt λελύμην; ſed de hac controuerſia, vide diſſertationem propriam, de hac ipſa difficultate.

DE SVBIVNCTIVO.

I. Vnde formatur præſens Subiunctiui paſſiui?
R. A præſenti actiuo, addita terminatione paſſiua μαι, λύω, λύωμαι.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua tempora in μαι, ſeruatis characteribus modi η, & ω.
I. Coniuga.
R. Præſens.
λύωμαι, λύῃ, λύηται, ſi ſoluar, vel ſoluerer.
λυώμεθον, λύησθον.
λυώμεθα, λύησθε, λυῶνται.

AORISTVM I.

I. Vnde formatur Aoriſtum I?
R. Ab Aoriſto primo Indicatiui paſſiui, ablato augmento, & mutata terminatione ην, in ω, flexum, ἐλύθην, λύθην, λυθῶ.
I. Qua Arte coniugatur?

R. Eadem planè qua tempora Subiunctiui actiui.

I. Coniuga.

R. λυθῶ, λυθῇς, λυθῇ, ſi ſolutus ſim, vel fuerim, vel ero.

λυθῆτον.

λυθῶμεν, λυθῆτε, λυθῶσι.

AORISTVM II.

I. Vnde formatur Aoriſtum 2?

R. Ab Aoriſto ſecundo Indicatiui vt Aoriſtum 1. & eadem Arte coniugatur, ἐλύην, λύην, λυῶ.

I. Coniuga.

R. λυῶ, λυῇς, λυῇ, ſi ſolutus ſim, vel fuerim, vel ero.

λυῆτον.

λυῶμεν, λυῆτε, λυῶσι.

OBSERVATIO.

De præterito iam dictum eſt in Optatiuo vtendum enim & hic circumlocutione, quia Subiunctiui eo carent.

PRÆTERITVM.

Λελυμένος, ὦ, ῇς, ῇ, ſi ſolus ſim, vel fuiſſem.

Λελυμένω, ἦτον.

Λελυμένοι, ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

INFINITIVVS.

Infinitiuus non coniugatur ſed formatur tantum.

I. Vnde formantur tempora Infinitiui paſſiui?

R. A paribus temporibus Indicatiui; à ſecunda nimirum perſona plurali, mutando, terminationem in αι.

Præſens à λύεσθε, λύεσθαι, ſolui.
Præterit. à λέλυσθε, λελύσθαι, ſolutũ eſſe.
Futur. 1. à λυθήσεσθε, λυθήσεσθαι, ſolutum.
Futur. 2. à λυήσεσθε, λυήσεσθαι, ſolutum iri,
Paulo poſt Fut. à λελύσεσθε, λελύσεσθαι, mox ſolutum iri.

I. Quid duo Aoriſta?

R. Formantur actiuè à prima perſona Aoriſtorum Indicatiui, addita αι, & ablato augmento.

Aoriſtum 1. ἐλύθην, λυθῆναι, ſolutum eſſe.
Aoriſtum 2. ἐλύην, λυῆναι, ſolutum eſſe.

DE PARTICIPIO.

Participia declinantur & formantur tantũ.

I. Vnde formantur tempora Participij?

R. A paribus temporibus Indicatiui, mu-

tata terminatione μαι in μενος.

Præſens à λύομαι, λυόμενος, qui ſoluitur vel ſoluebatur.

Præter. à λέλυμαι λελυμένος, ſolutus.

Futur. 1. à λυθήσομαι, λυθησόμενος, ſoluēdus.

Futur. 2. à λυήσομαι, λυησόμενος, idem.

Paulo poſt Fut. à λελύσομαι, λελυσόμενος, mox ſoluendus.

I. Vnde formantur Aoriſta.

R. Ab Aoriſtis Indicatiui ablato augmento & mutata terminatione ην, in εις, ἐλύθην, λύθην, λυθείς. Aor. 2. ἐλύην, λύην, λυείς.

De modo declinandi, & formandi femininum, & neutrum actum eſt dum de adiectiuis.

VERBVM MEDIVM.

Verbum medium in omni modo habet præſens & imperfectum ſimilia paſsiuis: vnde de iis nihil hic. Præteritum & pluſquamperfectum ſimilia actiuis, vnico excepto charactere & eadem planè arte coniugantur.

Præteritum λέλυκα, *Med.* λέλυα, ſolui.

Pluſquam perfect. ἐλελύκειν, *Med.* ἐλελύειν.

Imperat. λέλυε, *Opt.* λελύοιμι, *Sub.* λελύω.

Inf. λελυέναι, *Part.* λελυώς.

Superſunt igitur tantum quatuor tempora: duo Aoriſta, & duo Futura.

I. Vnde formantur Aoriſta & Futura media?
R. A paribus temporibus Indicatiui additis tantum terminationibus paſſiuis μην, pro Aoriſtis & μαι, pro Futuris mutato ω in ο.
I. Qua Arte coniugantur?
R. Eadem planè qua tempora in μαι Indicatiui paſſiui, & in μην, Aoriſtum primum ſeruat characterem temporis hoc eſt α, ante terminationes.

AORISTVM I.

I. Coniuga Aoriſt. 1.
R. Ἔλυσα, ἐλυσάμην.
ἐλυσάμην, ἐλύσω, ἐλύσατο, ſolui.
ἐλυσάμεθον, ἐλύσασθον, ἐλυσάσθην.
ἐλυσάμεθα, ἐλύσασθε, ἐλύσαντο.
I. Cur in ſecunda perſona dixiſti ἐλύσω, & non ἐλύσασο, vt ex Arte dicendum erat.
R. Ablatum fuit σ ab Ionibus, & factum ἐλύσαο, quod deinde ab Atticis regulariter contractum eſt in ω, & dictum ἐλύσω, & ita formanda omnia Aoriſta prima media.

AORISTVM II.

Ab ἔλυον, ἐλυόμην, ſolui.
ἐλυόμην, ἐλύου, ἐλύετο.
ἐλυόμεθον, ἐλύεσθον, ἐλυέσθην.
ἐλυόμεθα, ἐλύεσθε, ἐλύοντο.

FVTVRVM I.

A λύσω, λύσομαι.
λύσομαι, λύσῃ, λύσεται, ſoluam.
λυσόμεθον, λύσεσθον.
λυσόμεθα, λύσεσθε, λύσονται.

FVTVRVM II.

A λυῶ, λυοῦμαι.
λυοῦμαι, λυῇ, λυεῖται, ſoluam.
λυούμεθον, λυεῖσθον.
λυούμεθα, λυεῖσθε, λυοῦνται.

Vt in Actiuo, ita & in medio, Futurum 2. habet diphtongos ante terminationes communes.

IMPERATIVVS.

I. Vnde formatur Aoriſtum 1 ?
Ab Actiuo, mutata terminatione ον, in αι, λύσον, λύσαι, & coniugatur paſſiuè, ſeruato charactere α.

AORISTVM I.

λύσαι, λυσάσθω.
λύσασθον, λυσάσθων.
λύσασθε, λυσάσθωσαν.

AORISTVM II.

I. Vnde formatur Aoriſtum 2.
R. Ab Actiuo mutata terminatione ε, in ου, & coniugatur paſſiuè cum charactere modi, λύε, λύου.

λύου, λυέσθω, ſoluito.
λύεσθον, λυέσθων.
λύεσθε, λυέσθωσαν.

OPTATIVVS.

I. Vnde formantur Aoriſta & Futura Optatiui medij?
R. A paribus temporibus Optatiui Actiui, mutando μι, in μην.
I. Qua Arte coniugantur?
R. Eadem qua tempora Optatiui Paſſiui, ſolum Aoriſtum 1. ſeruat ſuum characterem αι.

AORISTVM I.

A λύσαιμι, λυσαίμην, λύσαιο, λύσαιτο, vtinam ſoluerim.

λυσαίμεθον, λύσαισθον, λυσαίσθην.

λυσαίμεθα, λύσαισθε, λύσαιντο.

AORISTVM II.

A λύοιμι, λυοίμην, λύοιο, λύοιτο, idem.

λυοίμεθον, λύοισθον, λυοίσθην.

λυοίμεθα, λύοισθε, λύοιντο.

FVTVRVM I.

A λύσοιμι, λυσοίμην, λύσοιο, λύσοιτο. vtin. ſoluã.

λυσοίμεθον, λύσοισθον, λυσοίσθην.

λυσοίμεθα; λύσοισθε, λύσοιντο.

FVTVRVM II.

A λυοῖμι, λυοίμην, λυοῖο, λυοῖτο. idem.

λυοίμεθον, λυοῖσθον, λυοίσθην.

λυοίμεθα, λυοῖσθε, λυοῖντο.

SVBIVNCTIVVS.

I. Vnde formantur Aoriſta Subiunctiui medij?

R. Ab Aoriſtis actiuis addita terminatio-ne paſſiua μαι, coniugantur autem paſſiuè, cum characteribus Subiunctiui η, ω.

AORISTVM I.

A λύσω, λύσωμαι, λύσῃ, λύσηται, ſi ſoluar.
λυσώμεθον, λύσησθον.
λυσώμεθα, λύσησθε, λύσωνται.

AORISTVM II.

A λύω λύωμαι, λύῃ, λύηται, idem.
λυώμεθον, λυησθον.
λυώμεθα, λύησθε, λύωνται.

Infinitiuus medius.

I. Vnde formantur Aoriſta & Futura Infinitiui medij?
R. A ſecunda perſona parium temporum Indicatiui plurali mutando ε, terminationem in αι.
Aoriſt 1. ab ἐλύσαθε, λύσαθαι, ſoluiſſe.
Aoriſt. 2. ab ἐλύεθε, λυέθαι, idem.
Fut. 1. à λύσεσθε λύσεσθαι, ſoluturũ eſſe.
Fut. 2. à λυεῖσθε, λυεῖσθαι, idem.

Participium medium.

I. Vnde formantur Aoriſta & Futura participij medij?
R. A paribus temporibus Indicatiui, mutata terminatione in μενος, & ablato augmento.
Aor. 1. ab ἐλυσάμην, λυσάμενος, qui ſoluit.
Aor. 2. ab ἐλυόμην, λυόμενος, idem.
Fut. 1. à λύσομαι, λυσόμενος, ſoluturus.
Fut. 1. à λυοῦμαι, λυούμενος, idem.

De Aoriſto Æolico.

Hoc Aoriſtum ſepoſui in hunc locum: quia non eſt tempus linguæ communis, ſed dialecti Æolicæ, & cum ſit tempus ſignificationis Optatiuæ, nullam tamen analogiam habet. Cum temporibus Optatiui communis.
I. Quod eſt Aoriſtum Æolicum?
R. Eſt Aoriſtum gentis Æolum, quod tamen tranſiit in linguam communem, ſecundum eius aliquas perſonas, quibus vſi ſunt communiter Autores.
I. Cuius eſt modi?

R. Optatiui, quia Autores vſurpant in ſignificatione Optatiua.
I. Vnde formatur?
R. Ab Aoriſto 1. Indicatiui, ablato augmento, & poſita ει, ante α finale, vt ἔλυσα, λύσα, λύσεια, ἔτυψα, τύψα, τύψεια, ἔλεξα λέξα, λέξεια, ἔπεισα, πεῖσα, πείσεια, & ita de aliis.
I. Qua Arte coniugatur?
R. Eadem qua Aoriſtum 1. Indicatiui ſine vlla anomalia.
I. Coniuga. Aoriſtum Æolicum.
R. λύσεια, ſoluiſſem, λύσειας, λύσειε.
λυσείατον, λυσειάτην.
λυσείαμεν, λυσείατε, λύσειαν.
I. Eſtne in vſu in omnibus perſonis?
R. Ab Autoribus Atticis vſurpatur tantum in ſecunda & tertia ſingulari λύσειας, λύσειε, & in tertia plurali λύσειαν, in quibus tantum eſt vſurpandum.